



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

Cerebrum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

Id est, cuius voluptates vlerosx, & volatiles, multisque permixta doloribus: dolores vero meri, diuturni, & voluptatum expertes.

etura scripsit, non modo est accuratus in rebus, sed in Hyllo etiam plurimum habet dignitatis. Ex eo igitur descriptiones aliquot nobiliorum partium afferemus.

CORPVS HVMANVM IN generere.

Descriptio II.

D EUS igitur solidamenta corporis, quae ossa dicuntur, nodata, & adiuncta inuicem nervis alligavit, atque constringit: quibus mens si excurrere, aut resistere velit, tanquam retinaculis vteretur, & quidem aulio labore, nulloque conatu, sed vel minimo nutu, totius corporis molem temperaret, ac secesseret, hec autem visceribus operuit, ut quemque locum decebat, utque ossa solida regenerentur. Ita visceribus ipsius venas admiscentur, quafirminus per corpus omnia diuisos, per quas diffidens humor & sanguis vniuersa membra succis vitalibus irrigaret: & ea viscera formata in eum modum, ut quid vnicuique generi aptum fuerit, superiecta pelle contexit: quam, vel sola pulchritudine decorauit, vel setis adoperuit, vel squamis muniuit, vel plumis insignibus adornauit. Illud verò commentum Dei mirabile, quod vna dispositio, & vnu habitus innumerabiles animantia præferat varietates.

Nam in omnibus ferè, quæ spirant, eadem series, & ordo membrorum est. Primum enim caput, & huic annexa cernix. Item collo petitus adiunctum, & eo prominentes armi, adhærentes pectori venter. Item huic subnexa genitalia. Ultimo loco femora, pedesque. Nec solum membra suum tenorem, ac situm in omnibus seruant, sed etiam partes membrorum. Nam in uno capite ipso certam sedem possident aures, certam oculi, nares item, os quoque, & in ore dentes & lingua.

Nota.

Hac Laetantius libro de opificio Dei cap. 7. Suaus est, & ingeniosus in eodem argumento Ambrosius, Hexameri libro sexto, capite nono, D. Gregor. Nazianzen. orat. 34. & alij innumeri, qui eandem materiam attigerunt. Sed iuxat in iste, etiam Medicos audire, qui hac tamè accuratius desribunt, quantè norunt melius, inter quos, & nostro sculo Lauren- tius, in eo libro, quem de hac humani corpori trax-

C A P V T.

Descriptio III.

H OMINEM ob naturæ maiestatem miraculum miraculorum, animal adorandum & venerandum, à sapientissimis Ægyptiorum Sacerdotibus appellatum fuisse constat. Maiestatis porro imaginem licet ubique habeat expressam: lucent tamen in capite plures diuinitatis illius, & principatus animæ radij. Quid sine capite est homo? iacet mercurius, iacet sine honore, sine nomine, quasi truncus imersus, & ignobilis: sola Principum capita, auro, ære, marmore sculpta in pretio sunt, per caput iurabant veteres, capitib[us] nutu pacta confirmabant, caput ubique plenissimum maiestatis: at illud ipsum solius cerebri gratia construetum est, cuius domicilium, & propinquaculum à Principe Medicorum appellatur.

Et Laurentio: Item.

C E R E B R U M.

ES T hoc viscerum excelsissimum, proxi Plinius l. 11. munisque celo, hanc habent sensus arcem munitionem; hic culmen, hic vigor, hic mentis est regimen, est cerebrum non modo sensuum sedes, & motuum προσπίτην artifex, membrorum vastissimas moles, & musculorum præsumpta corpora nervorum fibris, quasi funiculis, non sine admiratione trahens, sed & sapientiae est domicilium, memoria, iudicij, cogitationum, quibus opifici Deo humanum genus redditur simillimum.

Plato diuinissimum hoc appellat membrum, nec solum præcipuum, sed etiam torum in corpore. Homerus οὐρανὸν nominat, quod ainstar primi orbis, eius vi, ac illustratione inferiora moueantur, ac sentiantur: hic sacra Palladis arcem Poeta locant, dum cam Iouis cerebro natam fingunt: propterea à cerebri clu, tanquam à re sacra abstinebant veteres, & sternutantibus bene precabantur.

Sff

Quod

Quod denique in mundo est cōclūm, in homīne est cerebrum: Illud intelligentiarum, hoc rationis est domicilium. Sunt sānē hēc omnia diuinitatis cerebri certissima argumenta. Sed hoc vnum inter cetera p̄stantiam luculentē demonstrat, quod cerebro omnia famulētur, eiisque solius gratia totum corpus constructum sit, homo nempe ad intelligendū totus est natus, at intelligentis facultatis sedes est cerebrum. Situm est in editissimo loco, tanquam arce, ac domicilio omnium tūtissimō, & vt irruentibus extrinsecus iniurijs minus foret obnoxium, ossibus vndequeaque, quasi proprijs sepimentis hoc natura obvallauit, orbiculari figura tornarum est, rum ut capacius, tum ut documentis minus occurset: adde quod diuinissimo membro perfecta debetur figura: est tamen quodam tenus oblongum, geminis verticibus extumescens. Et, ut eius magnitudo ingens est, & homini, quam ceteris animalibus capacius, & amplior molles, vt vnicum homini cerebrum, duobus boum cerebris grandius sit, & capacius; quid eius fabricę concinnitatem loquar, quid soler-tem naturę in eius structura soleriam? quid huius regis domus columnas? & concamerata inuolacula, quae superba molitionis ingentem molem sufficiunt? quid arria? quid thalamos? quid sinus quartuor? quid speculum lucidum? quid arteriolam inexplicabiles Meandros, & quasi labyrintheos flexus? Miror profecto, & cum verutissimo Zoroastre exclamare cogor, o homo audacis naturae miraculum!

O C V L I.

Descriptio IV.

Ambri. He-
xam 1.6.
69.

OCuli quædam sunt in carne sidera, ut ait D. Ambrosius, & ἀγαλματα φοντες ἀξιζει secundum Damascum in vita I-
siodori, accurata mentu simulachra, quorum struaturam cum multi stylo fuerint prosequuti, non dubium est, quin Marcus Tullius orationis lumine, ceteros superarit. Sic igitur ille:

De Cic. 2. **S**ensus autem interpretes, ac nuncij rerum de natura, in capite, tanquam in arce, mirificādysus necessarios, & facti, & collocati sunt, tanquam speculatorēs locum altissimum obtinent, ex quo plurima conspicientes suo fungantur mu-

nere: quis verò opifex pr̄ter naturam, quæ nihil potest esse callidius, tantam soleriam persequi posset, in sensibus? quæ primum oculos membranis tenuissimis vestiuit, & se- p̄lit, quas primum perlucidas fecit, ut per eas cerni posset, firmas autem, ut continerentur, sed lubricos oculos fecit, & mobiles, ut declinarent si quid noceret, & aspergūt, quod vellet, facile conuerterent, aciesque ipsa, qua cernimus, quæ pupilla vocatur, ita parva est, ut ea, quæ nocere possunt, facilè vitet, palpebri eq; quæ sunt regumenta oculorum, mollissimæ tactu, ne lacerent aciem, aptissimæ factæ, ad claudendas pupillas, ne quid incidet, & aperiendas, idque prouidit, ut identidem fieri posset cum maxima celeritate. Muniti que sunt palpebrae, tanquam vallo pilorum, quibus, & apertis oculis, si quid incidet, re-pellere-etur, & somno, connivētibus cum oculis, ad decernendum non egremus, ut qui tanquam inuoluti quiescerent.

Latent pr̄terea vtiliter, & excelsis partibus vndique sepiuntur, primum enim superiora supercilijs obducta sudorem à capite, & fronte defluentem repellunt, gena deinde ab inferiore parte tutur subiectæ, leuiterque eminentes, nasus ita locutus est, ut quasi murus oculis in e:bus esse videatur. Iam verò, quam sunt in cernendo subtile, in his artibus, quarum est iudicium oculorum, in pictis, fictis, cœlatiis formis, in corporum etiam motione, acque gestis, colorum etiam, & figurarum, tum venustatem arque ordinem, & ut ita dicam, decentiam oculi iudicant. atque etiam alia maiora:nam & virtutes, & virtus cognoscunt, iratum, propitium, lætantem, dolentem, fortē, igna:rum, audacem, timidum, cognoscunt.

Laurentius minus dictione religiosus, ac eniam tamē haber descriptionem his verbis:

Naturæ speculum est oculus, microcosmi lumen, pars ætherea, solis ianua, fenestra animi, magnæ mentis imago. Figura est in primis rotunda, & aliquantulum oblonga, quod ad capacitatem, robur, agilitatem promptior sit, atque expeditior. Et gemini quidem sunt ocelli, in loco editissimo capitis collocati, ut no:ta, atque interdiu non secus ac vigiles excubent, & nocturna quæque agili declinatione, atque flexu deuicit: nec latissim in antrum quadam, ac veluti sinusam vallem retrusi cernuntur, quod & eorum securitati prouideatur, & minori naturæ dispendio spiritus dissipentur: quia ut: